Noverint universi quod Ego Gondisalvus de banyolos domicellus In Civitate Barcinone domiciliatus de certa sciencia Revocando primitus et destituendo Joannem reador mercatorem ville Perpinyani procuratorem
meum absque eius noticia Infirmacione Constituo et ordino procuratorem meum certum et specialem et ad subscripta etiam generalem Ita tamen quod specialitas ipsi generalitati minime deroget nec econtra, vos magnificum
dominum Gasparem de vilies dominum de alanya Comitatus Rossilionis cognatum meum licet absentem tanquam presentem videlicet ad pro me et nomine meo Intimandum et notificandum et seu Intimari et notificari faciendum
dicto Joanni reador sic revocato predictam revocationem dicendumque ei quatenus procuratione per me sibi facta minime utatur nec substituti si qui vigore dicte procurationis ab eo facti fuerint de ea de cetero non
se intromittant Et de ipsa revocatione publicum confici Instrumentum faciendum Et pro me etiam et nomine meo petendum exhigendum recipiendum recuperandum et habendum omnes et quaslibet pecunie quantitates
michi debitas et a cetero debendas ratione pensionis seu pensionum michi debite et debitarum ac solui cessate seu cessatarum ex et pro illo censuali mortuo pensionis annue quindecim librarum monete perpinyani et
precii seu proprietatis trescentarum librarum quod michi anno quolibet videlicet medietatem vicesima secunda mensis Augusti et aliam medietatem vigesima secunda diebus mensis febroarii honor Joannes moret
mercator dicte ville perpinyani et clara eius uxor Joannes lucia et Joannes eius uxor Guillermus honoratus et Sibilia eius uxor omnes loci de trullorum dicti Comitatus Rossilionis faciunt et prestant ac facere et
prestare tenentur Et de receptis apocam et apocas fines et diffinitiones faciendum et firmandum precium que dicti censualis In casu luitionis seu redemptionis eiusdem petendum et recipiendum Ipsumque
In emptionem seu emptiones quorumvis censualis seu censualium mortuorum super quibusvis universitatibus corporibus et singularibus personis earundem In locis tutis et securis et ad illud forum seu ratione vobis benevisis
smerciandum ponendum et convertendum Emptionemque et emptiones In dicto casu luitionis Illis modis et formis quibus vobis videbitur acceptandum recipiendum et stipulandum Apocasque ac Instra gratiose
redimenda super censualis seu censualium venditionibus michi In dicto casu smerciis faciendis faciendum et firmandum Item pro me et nomine meo petendum et audiendum Compotum et compota ac
rationes a dicto Joanne reador qui ex dicto censuali aliquas pensiones seu partem earum receperit et habuerit Et ipsa compotum seu compota laudandum et approbandum vel ea vobis Impugnandum et Impro
bandum dubia faciendum et eis satisfieri petendum et reliqua rationum petendum et recipiendum apocasque fines et diffinitiones faciendum et firmandum Et pro his omnibus et singulis et aliis In quibus
cumque curiis et coram quibusvis Judicibus et personis tam ecclesiasticis quam secularibus comparendum et Interessendum Emparas marchas sequestrationes et qualescumque oppositiones fieri faciendum et
cancellari et anullari consentiendum De Iure meo docendum Iusque super bonis meis firmandum que pro firma seu firmis Juris obligare possitis Judicem et Judices Impetrandum et Impetratos ex adverso
recusandum causas suspitionis ponendum et probandum arbitros pro ipsis suspitionum causis diriniendis eligendum et nominandum de Judice seu Judicibus notario seu notariis ac Loco
seu locis conveniendum et concordandum Agendum quoque respondendum defendendum excipiendum proponendum et replicandum Libellum seu libellos et qualescumque petitiones dandum et offe
rendum De calumpnia et aliis In animam meam Jurandum et ex adverso Jurare petendum videndum et audiendum Testes literas Instrumenta et alia quevis probationum probationis genera
et publicari petendum et productis ex adverso obiciendum Crimina defectus et alia opponendum disputandum allegandum renunciandum et concludendum In causis Et omnia alia et singula que
In litem fieri requirantur et merita causarum postulant et requirunt faciendum Sententias cuiusvis generis fuerint audiendum et ab ipsis et a quolibet gravamine et processu si vobis videbitur
appellandum reclamandum et supplicandum Apostolosque semel et pluries debita cum Instantia petendum recipiendum et presentandum et appellationum reclamationum et supplicationum causas pro
sequendum et finiendum Beneficium absolutionis simpliciter vel ad cautelam ac restitutionis In Integrum prosequendum Cautiones satisdationes et securitates qualescumque tam Iuratorias quam fideiussorias faciendum et prestandum Et fideiussores Ipsos Indemnes super bonis meis servare promittendum et Iurandum literas et qualescumque provisiones gratiam vel Iustitiam continentes Impetrandum
obtinendum recipiendum et presentandum et eas executioni debite per eos quos decet deduci postulandum et faciendum Requirendum quoque et protestandum et requisitis et protestatis ex adverso respo
dendum replicandum triplicandum et ultra Et Inde publicum et publica fieri faciendum petendum et habendum Instrumentum et Instrumenta Et demumque ac generaliter omnia et singula faciendum
dicendum gerendum exercendum et libere procurandum In premissis et circa ea quecumque ad hec utilia fuerint et necessaria ac etiam opportuna queque ego facere possem personaliter constitutus
Ego enim Inde et super predictis et circa ea et super dependentibus seu emergentibus ex eisdem ac eis adherentibus et connexis seu ea tangentibus quovismodo dono et committo vobis dicto magnifico domino pro
curatori meo constituto et substituendis a vobis plenarie vires meas cum plenissima potestate Et volens vos dictum dominum procuratorem meum constitutum relevare Inde et super predictis ab omni
onere satisdandi fideiubendo In his pro vobis Promitto vobis necnon et notario etiam subscripto tanquam publice persone pro vobis et pro aliis etiam personis omnibus et singulis quorum Interest et Intererit recipienti et
paciscenti ac etiam legitime stipulanti Judicio sisti et Judicatum solui cum suis clausulis universis et opportunis et me semper habere ratum gratum atque firmum quicquid per vos dictum dominum procuratorem
meum constitutum procuratum et actum fuerit quomodolibet sive gestum et nullo tempore revocare sub bonorum meorum omnium ypoteca et obligatione Actum est hoc Barcinone vicesima mensis Augusti Anno
a nativitate domini Millesimo quingentesimo vicesimo Sig+num Gondisalvi de banyolos predicti qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Jacobus Junyer sartor civis et Antonius olivar scriptor habitator Barcinone.

Sig+num Marchi busquets auctoritate Regia notarii publici Barcinone Qui hec scribi fecit et clausit Constat de suprapositis In lineis xiii etiam de precio dicti censualis In suis lineis xx ponendum et xxx etiam personis.

P. ct.

23 novembre ... [illegible]
r a pesso ... [illegible]
2 desembre ... [illegible]
sarade 15 8 ... [illegible]
[illegible]
[illegible]

Procuratio firmata p mag.
Gondissalui de bany belos dom
cellum [illegible] domina [illegible] mag
Gaspari de Vives a no de a[illegible]
[illegible]

Perg. 178

P. 60

n.º 430